Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3267
Quelle:
Copyright:

Anno MCCCCXIII. *Datum et exhibitum in Congregatione Cleri in die S. Dorotheæ.* Oppositum *Consilio facultatis theol. Studii Pragensis* supra N. IV. et plenius editum a *Cochlaeo Hist. Hussit.* L. I. p. 32.

XXX. *fol.* 249. Brevis Notitia *Concordatorum Bohem. anni* 1485. quorum meminimus *supra* N. IX. data, ut videtur, *Job. Fabro.*

XXXI. *fol.* 250. Indiculus *Parochiarum* Dioeces. Pragenae, ut supra N. XIX. Sed hic plenior; additur enim: *Villarum et propugnaculorum facit XXXIII. millia. CXX. Si decimus pro expeditione belli daretur homo, Summa facit CCC. millia. CXX. hominum. Reperta sunt hæc superscripta in tabulis Regni Boemiæ Anno domini* 1534.

XXXII. *fol.* 252. *Errores Waldensium Fratrum.* Ut *supra* N. XXII.

XXXIII. *fol.* 254. *Responsum dominorum sub una spetie datum ad articulos eorum qui sub utraque spetie sunt: datum Prage secunda Junij Anno* MDXXXVII. Incipit: *Domini sub una specie uiderunt ea, que domini sub utraque pro concordia et vnitate per certos articulos conceperunt* &c. Petitur amicum Colloquium circa quosdam nondum satis excussos Articulos, et speciatim de *uno* totius Regni Episcopo. Exemplar duplex. Alterum *Fabri* manu limatum.

XXXIV. *fol.* 262. Aliud *Eorundem* prolixius *Responsum* germanicum. Incipit absque titulo: *Auf der Herrn vnder zwaier gestalt bedenckben vnnd übergebne geschrifft, am dreistigisten Maij, So uer der eingang dermassen sol verstanden werden* &c. Videntur Status *sub utraque* petiisse, ut Status *sub una* mentem suam super Articulis non satis excussis *scripto* aperiant. Quod itaque hic fieri videmus.

XXXV. *fol.* 270. *Basileensis Concilii Decretum de Modo Communicandi*, jam *supra* N. XV. et XVII.

XXXVI. *fol.* 273. *Articuli statuum Regni Bohemiæ et Marchionatus Morauiensis partis fidei sub utraque specie, super quibus oranda est Authoritas et confirmatio suæ Regiæ Maiestatis, ita ut et locum habeant apud Dominos status partis sub una, qui in ditione sua sacerdotes et plebem nostræ fidei sub utraque haberent.* Sunt Excerpta mutila.

XXXVII. *fol.* 278. *Summa Picardicarum Rerum tum in Bohemia, tum in Morauia.* Ut *supra* N. XII. et XIV.

DCCCCLXVIII.

Codex chartaceus lat. bohem. 477
Sec. XV. Folior. 296. 4. non una manu exaratus, olimque pertinens ad *Paulum de Slauikouicz*, qui fuit Art. Baccal. Plebanus D. *Aegidii*, et Corrector Cleri Curiae Archiep. *Pragens.* plurima item ad Religionis in Bohemia negotium spectantia exhibet hoc ordine: I. *Forma Inquisicionis Concilij*